



**Ivsti Baronii Veteracastrensis SS. Th. Et I. V. D.  
III[ustrissi]mo Arch[iepisco]po Moguntino à Consilijs.  
Epistolarvm Sacrarvm Ad Pontificem Max. Et Amplissimos  
Cardinales &c. Libri VI**

**Baronius, Justus**

**Mogvntiae, 1605**

Epistola VII. III[ustrissi]mo Et Rev[erendissi]mo D. Roberto Bellarmino S. R. E. Cardinali, Archiepiscopo Capuano Ivstvs Baronivs Veteracastrensis S.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70614](#)

236 IVSTI BARONII VETER.

mentum sumat in Nativitatis & Resurrec-  
tionis Domini nostri Iesu Christi, Pentecos-  
tes, & omniū Sanctorū festiuitatibus. In  
quorum fidem &c. Datum Romæ in Pala-  
cio dicti Sancti officii, die XXIII. Iuli.  
MDCII.

Quintilianus Adrianus Sancta Ro-  
mana & Vniuersalis Inquisito-  
ris Notarius.

Locus Sigilli.

---

EPISTOLA VII.

ILL<sup>mo</sup> ET REV<sup>mo</sup> D. ROBERTO  
Bellarmino S. R. E. Cardinali, Archie-  
piscopo Capuano

IVSTVS BARONIVS VETE-  
racastrensis S.

VENISSE me in urbem, diuertisse apud  
Cardinalem Baronium, te videre per-  
cupisse, scripsi iamdudum, atq; opera Pa-  
tris cuiusdā Oratorij trāsmisi. Sed taces, nec  
verbum contra, vt haud egrē credam quod  
ferunt, periisse literas cum nuncio, vi calo-  
rum oppresso. Quod si ita est, En alterum  
tibi earundem litterarum exemplum: qui-  
bus hoc ynum attexo, quod aliās quoq; de  
Insti-

Institutionibus Calvini\* scripsi, omnem Ger- \* Vide Su  
maniam nostram hoc à te confutationis be- pralib. 2.  
neficium desiderare. Nam quod *Baronius* Epist. 18.  
alijque viri Principes hanc nuper *Aetnam*  
mihi impositam voluerunt, vides ILL<sup>me</sup>  
D<sup>ne</sup> quām graue futurum sit, quām hume-  
rit mei plane non sint ferendo. *Altantem* ali-  
quem hæc cura desiderat, qui non ego, sed  
tu tuique similes, in sacra hac militia iam  
Veterani, coronisque toties decorati. Mihi  
post principia locus, tutumque silentij præ-  
fidium, vnde me haud extrahi patiar, nisi  
neminem omnino velle intelligam. At vo-  
les tu spero, meq; hoc onere leuabis, ne de-  
trectasse magis superiorum voluntatem,  
quām summè idoneo concessisse videar.  
Vale, meq; redditum ad meos maturantem  
pijssimis tuis apud Deum precibus profe-  
quere. Romæ 9. Calend. Septem. M. DCII.

## EPISTOLA VIII.

ROBERTVS BELLARMINVS

Politianus, S.R.E. Cardinalis, Archi-  
episcopus CapuæIVSTO BARONIO VETERA-  
castrensi S.

Clarissime vir, &amp; singularis amice.

M OLESTE fero, quod literas tuas prio-  
res nō viderim, sed longe molestius,  
quod